Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Fo. CXX

Cōmentarij Ambrosij Theodolani generalis Augustinū. in primā regulam sancti Augustini.

Postquā beatus Augustin⁹ lacrimis sue, sanctissime genitricis Monice predicatiōib⁹ diuini presulis Mediolanen. Ambrosij ⁊ seruoꝝ dei. Simpliciani Ligurien. atq; suoꝝ fratrū exemplo. relictis manicheoꝝ erroribus, ad xp̄i fidē est conuersus ⁊ sacro sancti baptismatis fonte anno etatis sue trigesimo renatus. sic xp̄i caritas coꝝ ei⁹ vulnerauit. vt non modo catholicus xp̄ian⁹ factus est. sed oī terrena felicitate contēpta a p̄fatis viris sanctissimis Ambrosio ⁊ Simpliciano nigra cucculla indutus zona pellicea cinct⁹ factus ē seruus dei. ⁊ cum Simpliciano ⁊ suis fratrib⁹ in monasterio. qđ. ceu in preclarissimo libro suarū confessionū meminit. extra menia ciuitatis Mediolani plenus multis bonis fratrib⁹ situ erat in obedientia. pauptate castitate. in explicabilicq; sanctimonia. sicut Sigibert⁹ ad Macedoniū scribens se vidisse ⁊ oculata fide p̄basse astruit fere per annuz cum dimidio mansit ⁊ vixit. ⁊ qm̄ erant quasi in libertate viuentes q̄q; p̄batissimi atq; perfecti essent viri ex p̄cepto tanti patris Simpliciani p̄mo inter eos quēadmodū Sigibert⁹ in eadez inquit epl̄a. Augustin⁹ instituit. vt vitam aplicam oēs pariter tenerent. ⁊ nihil inter eos propriū diceret. tandem ei⁹ sancta expostulante parente in Aphricā imeare ꝓposuit. Et accepta licentia ⁊ bn̄dictione a sctō antistite Ambrosio cū fletu ⁊ plāctu. a beato Simpliciano petijt vt ei aliquot ex suis fratrib⁹ cōdonaret. vt vna cū illis in Aphrica ageret mōasteriū. ⁊ in sancto ꝓposito beremitane cenobiteq; religionis in illo famularentur altissimo. Cū in sermone de tribus generib⁹ monachoꝝ. qui incipit. Ut nobis p litteras. ita inḋt. Ut nobis per lr̄as declarauit sanct⁹ pater Hieronym⁹ tria fuerūt in egypto genera monachoꝝ. quoꝝ duo optima sunt tertiū oī no tepidum. ⁊ oī affectu vitandum. Que sunt illa duo. que optima predicant nisi heremitarum atq; cenobitaꝝ genus ⁊ ordo quoꝝ vita clarissima. ⁊ sancta congregatio tpe predicationis aplice sūpsit exordium. Jsti sunt illi viri p̄fecti. quibus frequēter adhesi tpe erroꝝ meoꝝ. per q̄s etiam illuminari meruj. quoꝝ etiam sanctitatis fama ad aures meas peruenies baptizari nō distuli. ⁊ pia matre me instigante apud Mediolanū. vt ad patriam remeare. eos habere in viscerib⁹ caritatis ⁊ cū eis pariter viuere volui. propter q̄ ad virum illū Simplicianū q̄ a iuuentute deuotissime deo vixerat in oī caritate. p̄xi deprecans cū fletu ⁊ gemitu. vt mihi quosdam de suis fratrib⁹ donaret. Et donauit eos mihi paterne. quare paterne eos mihi dōauit. q; sciebat me monasteriū in Aphrica edificare. ⁊ assumptis mecū Anastasio. Fabiano. Seuero. Nicolao. Zotheo. Jsaac. Nicostrato. Paulo. Cyrillo. Stephano. Jacobo. ⁊ Vitale pauperculo. qui pecunie saculū apud Mediolanū inuenit. ⁊ non rapuit. de q̄ sermonē iam fecim⁹. q; inuenit ⁊ nō rapuit. nec post aurū abire voluit. Jgitur istis mecum assumptis imitari cupiebā cū carissimis meis amicis. Enodio. Alipio. ⁊ Pontiano. qui diu mecū fuerunt. ⁊ cū ceteris duodecim. q̄s nuper assumpseram illos quoꝝ famā etiam sanct⁹ p̄b⁹ Hieronym⁹ mihi descripserat. ⁊ in ſmone de obseruantia clericoꝝ. q̄ incipit. audistis i mensa fratres carissimi ait. attendatis fratres. ⁊ vos in patrem vestrū: nā primo vocatus sum excelsus p̄b⁹. eram enim inter oēs magnos noiatissim⁹. ⁊ liberalium artiū sagacissimus indagator. excelsus inquam erā celsitudine scie. que inflat. non caritatis que edificat. nā cedrum odoriferū vocabāt me Romani principes folij abundantē. sed nō habebam fructū. ex celsus eram ⁊ impi⁹ super oēs coetaneos meos. Elatus ⁊ superaltat⁹ super cedros libani. ⁊ accessit ad me mater pietate plena. predicatio sancti viri cp̄i. vita ⁊ exempla sanctoꝝ patrum Pauli. Anthonij. ⁊ Simpliciani. ⁊ cū his omnibus vox dñi confringētis cedros cōminuit cedrus libani ab hostia p̄parata ad victimaz in odorem suauitatis. ⁊ sic factus sum pater excelsus. Deinde ad Aphricā veni. mecū

t 2